



dum non reddatur. amitti non po-
 tuisset iudicatur. Sic & illi qui per
 sacrilegium schismatis. ab eccle-
 siæ communionem discedunt.
 habent utique baptismum. quem
 prius quam discederent. accepe-
 runt. Nam & ipsi si redeant. non
 eis iterum datur. Unde ostendi-
 tur illud quod acceperant. in uni-
 tate positi. non potuisse amittere
 separati. Quod si haberi foris po-
 test. etiam dari cur non potest?
 Si dicit. non recte foris datur. respon-
 demus. Sicut non recte foris habe-
 tur. & tamen habetur. sic non recte
 foris datur. sed tamen datur. Sicut
 autem per unitatis reconcilia-
 tionem incipit utiliter haberi quod
 extra unitatem inutiliter habeba-
 tur. sic per eandem reconcilia-
 tionem incipit utile esse. quod extra
 eam inutiliter datum est. Non
 tamen dicitur factum esse. non datum esse
 quod datum est. Aut ut non hoc
 dedisse quisquam calumnetur.
 cum hoc eum dedisse quod accepe-

rit confitetur. Sacramentum
 enim baptismi est quod habet qui
 baptizatur. & sacramentum dandi
 baptismi est quod habet qui ordina-
 tur. Sicut autem baptizatus si ab
 unitate recesserit. sacramentum
 baptismi non amittit. sic etiam
 ordinatus si ab unitate recesserit.
 sacramentum dandi baptismi non
 amittit. Nulli enim sacramento
 iniuria faciendæ est. Si discedit a ma-
 lis. utrumque discedit. Superma-
 net malis. utrumque permanet.
 Sicut ergo acceptatur baptismus.
 quem non potuit amittere quia ab
 unitate discesserat. sic acceptandus
 est baptismus quem dedit ille qui
 sacramentum dandi cum discederet
 non amiserat. Nam sicut redeun-
 tes qui prius quam recesserint bap-
 tizati sunt. non rebaptizantur. Ita
 redeuntes qui prius quam recesserint
 ordinati sunt. non utique rursus
 ordinantur. sed aut administrant
 quod administraverint si hoc ecclesiæ
 utilitas postulat. Aut si non admi-